



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 68. Carolus VII. Rex Lutetiam ingressus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. Antonii Valdemontii Comitis filio p.
A. C. 1437. mogenito in matrimonium collocare co-
ætus est. Hujus connubii forte Lothe-
ringiæ Ducatus denuo ad masculas ille-
stris hujus domus proles rediit, Renatus
Lotharingiæ Ducis nomen jure tantum
uxorio gestante.

§. LXVIII.

*Carolus VII. Rex Lutetiam in-
gressus.*

Interea Carolus VII. Galliæ Rex suorum
hortatu in Lugdunensem Provin-
ciam ac Delphinatum profectus est, ut i-
bidem necessariam pecuniarum vim col-
ligeret; Quem in finem primo in Oc-
Jo. Chart. hist. Car. VII taniam venit, inde reversus Monterige-
lum seu Monasteriolum ad Icaunum ob-
sidence cinxit, ac demum urbem post diu-
turnos belli labores, post longam se de-
fendentium pertinaciam ad ditionem
coégit: Postera die quarta Novembris V.
ector Parisios ingressus est, quam urbem a
die, qua regiæ inaugurationis suæ sole-
mnia celebravit, ac Parisienses in fidem
suam denuo recepit, haud amplius se-
cessu suo illustrem reddiderat. Ornaban-
tur aulæis urbis plateæ, & populus un-
dique confluens, jubilis, honorumque
plausibus certatim Regi suo faustissima
vota acclamabat. Carolus recto trahite
ad

ad Ecclesiam Cathedralem tendit, inde Sæcul. XV.
vero ad Palatium suum, ubi & perman-
fit. Ab illa tandem Epocha vere Regem
Franciæ se nominare poterat, in regni sui
Metropoli firmato imperii solio.

A.C. 1438.

§. LXIX.

*Translatio Synodi Basileensis per aliam
Eugenii Bullam confirmata.*

Eugenius Papa, cum decretum, quo Ba-
sileensibus contra suam auctoritatem
quicquam attentare prohibuerat, per edi-
ctum Basileensis Synodi in Sessione vi-
gesima nona conditum violari contende-
ret, primam suam, qua Synodum Ferra-
riam transferri statuit, Bullam novo di-
plomate, hoc anno millesimo quadringen-
tesimo trigesimo octavo die prima Janua-
rii edito confirmavit, hujus ferme teno-
ris: *Ex justis, rationabilibus, & urgentis-* Tom. 13.
simis causis civitatem Ferrarensim pro cele- Conc. n. 16.
brando Concilio etiam oecumenico ex tunc p. 267. &
nominavimus, transtulimus, & translatum 858. & seq.
*declaravimus, sed intelligentes, quod in Basi-
leensi Concilio existentes perseverarent in*
suo obstinato proposito, vigore cuiusdam
prætensi monitorii seu citatorii procedendo,
aut aliam novitatem contra nos, & S.R.E.
Cardinales, vel Præsidentes, aut oratores
nostros faciendo, sperantes ex hac nostra
provisione ipsos a tam pericolosis novitatibus
facili-